

episcopus Bruno Misnenses, Gerlacus prepositus maior Nuenburgensis, Bertramus prepositus de Wurzin, Fridericus scholasticus in Nuenburg, Hildebrandus capellanus et canonicus in Nuenburg et alii capellani marchionis, Magister Ulricus de Kurin, Hermannus de Wizenvels, Cunradus de Rocheliz, Conradus parochianus de Schakan, Ravenoldus de Doblin, Bertoldus prepositus de Owa, Fridericus comes de Bren, Meinherus burgravius Misnensis, Hartmannus et Hermannus fratres de Lobdeburg, Albertus de Droize, Fredericus de Groiz, Tuto de Domo, Heidenricus de Zangenberc, Walterus de Glizberc, Heinricus senior de Chorun et iunior cum fratribus suis, Irnfridus de Kulzowe, Guntherus de Rochzberg, Albertus de Ortwinestorff, Rembertus de Olsniz, Iohannes de Rocheliz, Hildebrandus de Barut, Heroldus advocatus de Zwicowe, Gerhardus villicus de Isenberc, Iohannes Sagittarius, Theodericus de Ezelisdorf, Guntherus villicus in Isenberc et alii quam plures. Datum anno domini MCCXIX, indictione VII, presidente venerabili domino Engelhardo Nuenburgensis ecclesie episcopo.

8. *Markgraf Heinrich (der Erlauchte) von Meißen bestätigt auf Bitten seiner Mutter Jutta dem von seinem Vater, Markgraf Dietrich, gegründeten Nonnenkloster Eisenberg verschiedene u. a. in Zwickau gelegene Güter.*

1234 Juli 11

Original: ThStA Altenburg, Urkunden 1234 Juli 11 (A); Pergament: 24 cm hoch, 39 cm breit, Plica: 3,5 cm; Besiegung: Das an rote Seidenfäden angehängt gewesene Siegel des Markgrafen ist verloren, die Fäden sind noch vorhanden; Rückvermerk (15. Jh.): ober Sluskowe unde ober den wingarten unde ober huffen daselbens gelegen unde ander. — Edition: CDS I/A, Bd. 3, S. 352, Nr. 506. — Regest: Regesten Eisenberg, S. 333, Nr. 12; Dobenecker III, S. 81, Nr. 435; Mewes, Regesten, S. 458 f., Nr. 38.

IN NOMINE sancte et individue trinitatis. Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam fallax est gratia et vana huius seculi pulcritudo preteriens velud umbra et sicut ros inane pertransiens, ideo felices, qui memorantes novissima sua operibus misericordie inserviunt, in hac vita concessa sibi divinitus bona temporalia taliter dispensantes, ut pro terrenis celestia, pro transitoriis eterna felici commercio recipere mereamur. Cuius re consideracione permoti ecclesie sanctimonialium in Ysinberc, que in fundo nostro sita est, a pie memorie patre nostro domino Theoderico illustri marchione Misnense fundata, preter alia, que iam dictus pater noster in fundacionis exordio contulit ecclesie memorate, nos ad petitionem dilectissime matris nostre Iuthe per successiones temporum de proprietate nostra contulimus vineam in Sluskowe cum tribus mansis et dimidio ad culturam vinee deputatis et insuper unum mansum in eadem villa. Item in Pichene III mansos et dimidium cum duobus virgultis. Item in Zwicowe tertiam partem mansi, qui len dicitur in vulgari, et in Ysinberc allodium, quod Iohannes Sagittarius aliquando habebat in feodo et ipse in manibus nostris ius feodi resignavit. Has igitur donaciones ad posteritatis noticiam deducentes ratificamus et nostro confirmamus assensu, quecumque vel a patre nostro vel a matre nostra prefate ecclesie sunt collata, sub obtentu gratie nostre precipientes districte, ne quis eam in bonis habitis vel habendis